



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIII. Sopita, extincta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

tract. de solutionib. cap. 7. qui huic regulæ plures ampliaciones & viginti sex limitationes assignat. *Leo Valent. decisio. 184. num. 19.* Duranus *Rotæ decis. 1. numer. 1. & num. 2.* Quando verò aliud pro alio de consensu creditoris solvitur, tunc per talem solutionem extinguitur obligatio, *Gozadinus consil. 38. num. 8.* *Surdus consilio 145. num. 14. & sequent.* quos refert *Cardinalis Tuschus dict. lit. S. conclus. 340. num. 31.* [In obligatione tamen sæpe aliud esse, quàm in solutione, patet ex *l. 1. de pen. legat. l. 9. collata cum l. 35. de aur. legat. C. Arg. ibid. thes. 3. add. & l. obligationum 44. §. 5. de O. & A. ubi gloss. pluribus exemplis id illustrat, & ibidem Giphani.]*

XXXV.

SOLVERE minus dicitur qui tardius solvit, & plusolvere dicitur qui statim solvit, *l. ut si cui 22. §. 1. l. minus 32. ff. de verborum significat. l. solidum 85. ff. de solutionib. §. plus ante pen. Institut. de fideiuss. §. si quis agens 33. vers. plus autem Institut. de actionib. cap. 1. ubi Doctores de plus petit. cum aliis adductis per Tiraquell. de retractu lignag. gloss. 18. §. 1. num. 35. Surd. consil. 345. num. 9. Menoch. consil. 35. numer. 27.* [Hartman. Pistor. 1. quest. pract. 15. num. 75. Solidum etiam non solvit tam is qui nihil solvit, quàm qui non totum, *Bart. ad l. item illud 7. §. si cuius dolo. num. 1. ff. de tribut. action. per text. in l. 32. ff. de V. S.* Ubi minusolvere dicitur, qui tardius solvit, cum bis det, qui citò, h. e. sine mora det, juxta illud *Ausonii:*

Si benè quid facias, facias citò, nam citò factum

Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Add. & *Cujac. ad l. 84. l. continuus. §. qui insulam. ff. de V. O. l. Celsus 23. ff. de recept. arbitri. l. et si post tres 8. ff. si quis caution. in judic. sistend. idem Cujac. in tr. ad African. ad l. trajectitia. ff. de O. & A. quia qui statò præstitutoque die non solvit, in mora esse dicitur, *l. magnam. 12. C. de contr. stipulat. l. qui Romæ 122. §. Flavius 21. l. si fundum 114. de V. O. l. mora 32. ff. de usur. cum majus plerumque sit compendium temporis, quàm quantitatis, juxta illud, in tempore venire, quod omnium primum est, de quo *Gœdd. ad l. 12. §. 1. num. 6. de V. S.***

CAP. XLIII.

Sopita, extincta.

Jus semel extinctum amplius non reviviscit, *l. quod res 89. §. arcam 8. de solut. cap. queris à*

me 129. de consecrat. distinct. 4. Gothofred. Anton. qui plures allegat, disputat. feudal. 6. thes. 6. lit. a. vid. & Hartman. Pistor. hoc declarantem lib. 2. quest. 36. num. 29. & sup. lit. l. 6. Ju.

CAP. XLIV.
Sors, Sortitio, Sortilegium.

Axioma 1.

Sors non est aliquid mali, sed est res in dubitatione humana divinam indicans voluntatem, *cap. sors. 26. quest. 2.* unde videmus in casibus dubiis plerumque rem forti committi, *l. cum ambo 14. ff. de judic. l. genemiter 24. §. quid ergo 17. ff. de fideicommiss. libert. l. 5. ff. famil. hercis. l. 3. in princ. C. commun. de legat. §. optiones 23. Institut. de legat. Novell. 162. cap. 3. in fin. Anton. Faber in Cod. lib. 3. tit. 25. definit. 2. m. 1. Carpov. part. 1. constit. 7. definit. 23. num. 3. & part. 3. constit. 15. definit. 41. num. 4. Ubi enim humanum non sufficit consilium, ibi fortuna altercationem dirimere potest, *Bald. in cap. cum omnes, col. 12. extr. de constit. cum non incongruum, ut in re ambigua judex eligatur fortuna, Laurent. Tennia. in tract. cautel. caut. 179. num. 18.* hinc evenit, quod in interdicto uti possidetis data probationum paritate forte decidi posse questionem, censuerit gloss. in cap. licet causam, verb. uti possidetis. extr. de probat. ubi etiam *Felinus num. 44. vid. & Cujac.* ut qui fortis & fortunæ judicium jure divino & humano approbatum esse latè & eleganter probat in recitat. *ad l. 12. de option. legat.**

II.

Sortibus non facile credendum, *cap. non statim. cap. non exemplo 26. quest. 2.* imò prohibentur, *cap. sortes 26. quest. 5.* Licet enim sortibus nihil mali insit, prohibentur tamen fidelibus, ne sub hac specie divinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirent, *cap. sors. §. bis ita 26. quest. 2.* & ideo in electione specialiter prohibita sunt, *cap. ult. extr. de sortileg.* ita facti questionem forte non esse dirimendam, text. est in *l. duo sunt Titii 30. ff. de testament. tutel. secus tamen esse in questionibus juris, ut quæ fortunam judicem habere possunt, patet ex l. sed cum ambo 14. ff. de judic. l. si 3. in princ. Cod. commun. de legat.*

III.

Sorti unusquisque subijcitur ex suo admisso, nec alieni criminis successor constituitur, *crimen. 1. quest. 4.*

IV.

Sortilegia jure sunt prohibita, *l. nemo 5. C. de maleficiis & mathematic. can. 1.* ibique gloss. caus. 25. quest. 1. c. ult. de sortileg. & ideo graviter puniuntur, *c. 1. extr. eod.*

Intellige scilicet si sint superstitiosa & divinatoria, *c. sortilegi. 26. quest. 1.* secus enim est in illis quæ sine superstitione in casibus jure & lege non improbatas usurpantur; hæc enim licita esse, utpote divino juri comprobata, defendit *Reinking. de retract. quest. 2. num. 94. & seqq. CAP.*